

sensum doloris. sed in compendio accusationis; Cum enim oportuit
occultavit narrationem; Cum uero tempus inuenit. statim percus-
sit & abscedit sine grandi plaga uulnūs. Sed hoc solum modo dicens.
tu es rex; At ille uelociter rediens ad conscientiam tamquam fidelis
& idoneus seruus. culpam simpliciter confitetur & dicit. Peccavi
dño; Uides & in dolore ingenuitatem animi. nec dixit ad eum.
O ille tu cur non consideras fragilitatem humanam. cur non temet
ipsum carnalem intellegis. aut nescis me in culmine constitutum esse
regali. Cur mihi audacter inpegisti crimen. sed quid dicit. Peccavi
dño; statimque propheta. Dñs quoque transtulit peccatum tuum. non
moriēris; O arguta penitentia. o uelocior indulgentia. Dic tu in-
quit prior iniquitates tuas. ut iustificeris; Per opera quidem sa-
cerbasti. sed fidei confessione penituita; Hæc dico ut audiant pec-
catores. & qui in multis delictis uereditas. ne disperent medicinam dñi.
tantum fideliter & non subdolo peniteantur; Peccavi inquit dño;
& ille ait. Dñs quoque transtulit peccatum tuum. non morieris; Tu qui-
dem dixisti reum gladio interiri. ego autem dico. non morieris;
Uidisti quomodo dñs pphetæ causam & soluit; Dicit inquit prior
iniquitates tuas. ut iustificeris; psalmus ergo dauid. quando uenit
ad eum nathan propheta; Hic ostenditur confessio fidelissimi
famuli eius bonitas. & indulgentia clementissimi dñi; Didicimus
igitur quomodo sit curatus. & qualem suscepit medicinam;
Quando autem dñs iustificat. quis est qui condempnet; Non enim
dixit nathan quia ego concedo. sed dñs inquit transtulit peccatum
tuum; Secuit uulnus. sanies egressa est. curata est plaga; & post